



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Liber Theologiæ Moralis, Viginti Qvatvor Societatis Iesv  
Doctoribvs Reseratvs**

**Escobar y Mendoza, Antonio de  
Lvgdvni, 1659**

IV. De dolo in contractibus.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41066**

Primo, si mora lite emptori non fiat venditori denunciatio illius ab empto. 2. Si in contractu contra cautum fuerit, 3. Si emptor lata sententia contra eum, non appellauit ab ea, absente venditore. 4. Quando sententia iniusta. 5. Quando empor permitit item motam illi iudici, ad quem non pertinet. 6. Quando emptor sciebat rem esse alienam, nisi aliter conuentum. 7. Quando emptor rem emptam praescribere posuit. 8. Quando sua culpa amisit. 9. Si emptor haereditatem vendidisset: tunc enim si res aliqua in particulari haereditate euincatur, non tenebitur haeres de euictione.

C A P V T IV.

De Dolo in contractibus.

28. *Vid est Dolus?* Latè sumptus est executio solertiae aliquid agendo, vel omittendo, vnde alius recte, aut non recte in aliquo decipiatur. Profectò dolus malus est fallacia ad fallendum adhibita.

29. *Quotuplex dolus in contractibus?* Multiplex quidem. Vnus circa substantiam, alter circa accidentia. Alius dans causam contractui, alius incidens in contractum. Vnus ex proposito, alter absque voluntate contrahentium.

30. *Quandōnam dolus lādit contractū?* Si sit circa substantiam, iure naturali contractus est irritus; si circa accidentia, validus, modò dolus non det causam contractui. *Quid si det causam?* Non est irritus iure naturæ, quando non est contra substantiam, nec iure positivo, ut probabilius iudico; irritari tamen potest. Profectò si in contractum incidat, non irritat, sed est in facultate decipientis, an velit stare, & resarcire premium, an rescindere. Si proueniat à parte, & non sit contra substantiam, irritari potest; si à tertio, absolute validus est: rescindi tamen potest errore patefacto, si grauitus sit, si onerosus, qui deceptus est, re integra, non tenetur implere: re non integra, tantum agi potest ad diminutionem pretij juxta valorem rei cum illo defectu. Idem si dolus à se ipso proueniat. Porro simulatus etiam multis modis esse potest.

decepti  
VII

C A P .